

Annum

1.

Hujus seculi Nonagesimum

ZITTA V I Æ,

Ac in ea

PATRIBUS,
TEMPLO, SCHOLÆ, CIVIBUS,
GYMNASII NOMINE,

felicem esse cupit & precatur

Interpres

CHRISTIANUS WEISE, RECTOR.

Dum stupet ad subitas Germania pressa ruinas,
Ruderibusq; novis rudera prima gemunt:
Dum cinis est ubi Spira fuit: dum vitifer annis
Autumni lacrymas, non sua vina, refert:
Dum timor & rabies furibundum concutit orbem,
Nec spes Teutonicæ firma quietis adest:
Stat tamen in mediis intacta hæc patria flammis,
Ac celebrat fortem per sua templa DEUM.
Nemo fugit proprias, diffidens hostibus, ædes,
Prædia nec, nullo vomere scissa, jacent.
Annuit ELECTOR, fausto qui nomine PATRIS
Felices populos, ipse beatus, habet.
CURIA præcipiti PROCERES quoque computat anno,
Quos anni meminit prima videre dies.
Atq; adeo tantam quæ spectat ZITTA salutem,
Concipit auspiciis candida vota novis.
Nostra equidem pietas justo perculsa calore,
Ut valeat supplex formula, porro cupit:
*Ni DEUS in melius velit hanc convertere
sortem,
Tempora ne Zittam deteriora premant.*

Typis Michaelis Hartmanni.

Zittana 29^{B.}